AVSPICIIS
AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI
IMPERATORIS
NICOLAI I.
RVSSORVM AVTOCRATORIS

etc. etc. etc.

VENCESLAVS PELIKAN

A CONSILIIS STATVS, MEDICINAE ET CHIRVRGIAE DOCTOR, IN CAESAREA LITTERARVM VNIVERSITATE VILNENSI CHIRVRGIAE THEORETICAE ET PRACTICAE ATQVE ANATOMIAE PROFESSOR P. O., INSTITVTI MEDICI SVMPTIBVS CAESAREIS CONDITI PRAEFECTVS, ORD. S. ANNAE II^{AE} CLASSIS GEMMIS DECORATI EQVES, VNIVERSITATIS RECTOR MAGNIFICVS CVM SENATV ACADEMICO.

Singulis, quorum interest, notum testatumque facimus. Cum nobilis VALERIANUS Felicis filius CHEŁCHOWSKI, studiorum riculo in Gymnasio Minscensi emenso, in Civium hujus CAESAREAE Litterarum Universitatis Vilnensis numerum adscriptus, in Ordine Professorum scientiarum Ethico-politicar Juri tum Romano, tum Criminali veterum et recentiorum gentium, tum Patrio, tum Ecclesiastico, Historiae juris Romani, Oeconomiae publicae, Historiae universali et Statistica enerali, Statisticae Rossici Imperii et Diplomatiae, nec non Rhetoricae et Poesi, Linguae Latinae et Litteraturae Rossicae, spatio trium annorum multam et assiduam operam dederit, que in examinibus diligentiam suam et processus Praeceptoribus suis adeo probaverit, ut ad formulam legis §. 24. de conferendorum honorum academicorum ratione modoque e XXIII Junii Anni MDCCCXXX suffragiis Professorum Facultatis Juridicae *Candidati* gradum et honorem meruisse judicaretur; Nos proinde, ea, qua pollemus, auctoritate, eum n ornatissimum VALERIANUM CHEŁCHOWSKI *Candidatum* in Facultate juridica renuntiamus ac declaramus, atque X^{AE} Civium Classi adscriptum, cunctis juribus atque modis huic loco et ordini propriis, eumdem gaudere testamur. In cujus rei fidem Litteras has Patentes CAESAREAE Litterarum Universitatis Vilnensis sigillo munitas subscripsimus. PP. Vilnae in Aedibus Academicis A. MDCCCXXX die XXIII mensis Septembris.

Venceslaus Pelikan

Ignacy Malewski

S. C. M. Status a Consiliis, Phil. et Juris Doctor, Prof. Emer., Ord. S. Annae IIae class. gem. decor. Eques, Ordinis Professorum scientiarum Ethico-politicarum Decanus.

Leo Rogalski

S. C. M. Consiliarii titulo ornatus, Juris utriusque Candidatus, Senatui Academico a litteris.

AVSPICIIS
AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI
IMPERATORIS
NICOLAI I.
RVSSORVM AVTOCRATORIS
etc. etc. etc.

VENCESLAVS PELIKAN

A CONSILIIS STATVS, MEDICINAE ET CHIRVRGIAE DOCTOR, IN CAESAREA LITTERARVM VNIVERSITATE VILNENSI CHIRVRGIAE THEORETICAE ET PRACTICAE ATQVE ANATOMIAE PROFESSOR P. O., INSTITVTI MEDICI SVMPTIBVS CAESAREIS CONDITI PRAEFECTVS, ORD. S. ANNAE II[AE] CLASSIS GEMMIS DECORATI EQVES, VNIVERSITATIS RECTOR MAGNIFICVS CVM SENATV ACADEMICO.

Singulis, quorum interest, notum testatumque facimus. Cum nobilis VALERIANUS Felicis filius CHEŁCHOWSKI, studiorum curriculo in Gymnasio Minscensi emenso, in Civium hujus CAESAREAE Litterarum Universitatis Vilnensis numerum adscriptus, in Ordine Professorum scientiarum Ethico-politicarum Juri tum Romano, tum Criminali veterum et recentiorum gentium, tum Patrio, tum Ecclesiastico, Historiae juris Romani, Oeconomiae publicae, Historiae universali et Statisticae generali, Statisticae Rossici Imperii et Diplomatiae, nec non Rhetoricae et Poesi, Linguae Latinae et Litteraturae Rossicae, spatio trium annorum multam et assiduam operam dederit, atque in examinibus diligentiam suam et processus Praeceptoribus suis adeo probaverit, ut ad formulam legis §. 24. de conferendorum honorum academicorum ratione modoque die XXIII Junii Anni MDCCCXXX suffragiis Professorum Facultatis Juridicae *Candidati* gradum et honorem meruisse judicaretur; Nos proinde, ea, qua pollemus, auctoritate, eundem ornatissimum VALERIANUM CHEŁCHOWSKI *Candidatum* in Facultate juridica renuntiamus ac declaramus, atque X[AE] Civium Classi adscriptum, cunctis juribus atque commodis huic loco et ordini propriis, eumdem gaudere testamur. In cujus rei fidem Litteras has Patentes CAESAREAE Litterarum Universitatis Vilnensis sigillo munitas subscripsimus. PP. Vilnae in Aedibus Academicis A. MDCCCXXX die XXIII mensis Septembris.

S. C. M. Status a Consiliis, Phil. et Juris Doctor, Prof. Emer., Ord. S. Annae IIae class. gem. decor. Eques, Ordinis Professorum scientiarum Ethico-politicarum Decanus.

Leo Rogalski

S. C. M. Consiliarii titulo ornatus, Juris utriusque Candidatus, Senatui Academico a litteris.

